

- circa fluvium Than, cum exercitu maximo [super Comanos vel¹⁾ Valwen. Qui occurrerunt ei cum adiutorio Ruthenorum et pugnauerunt et victoriam] perdidit et fuerunt de Rutenis [et Comanis] centum c. 364. milia prostrati. Dux²⁾ Hoyr [de Valken]stein et sui coadiutores Quitte- c. 365. l[ingenburc] expugnauerunt et municiones eius crem[averunt]³⁾. Interim quod cesar in partibus remotis ex[titit], Heinricus^{a)} comes de Zwirin ceper[at re]gem de Tenemarken^{b)} in regno suo cont[ra fidem] et duxit eum per lacum Hab et in Leschin [eum tempore] modico servavit. Deinde habuit eum in T[annenberc], deinde duxit eum in Zwirin. Tunc rex c[aptus] exsolvit⁴⁾ se de captivitate a nunciis im[perii]; propter illam compositionem rex Heinricus et episcopus [Coloniensis] venerunt cum exercitu magno in Bardew[ic, deinde] in Breckede. Al- c. 366. bertus comes de Lob[enburc]⁵⁾ et Daci iacuerunt ab alia parte Albe[e cum] exercitu forti, ita quod illa ordinacio [exempti]onis non servabatur, quia rex et Daci pro[missum] suum^{c)} violaverunt. Ideo rex Henricus [et episcopus] Coloniensis sine fine sunt reversi, et sic rex [Dacie] mansit ut prius in captivitate. Post ca[ptivitatem] huius regis per annum dimidium pugnavit [comes] de Zwirin cum comite Alberto de Lobe[uburc] et cum Ottone comite^{d)} de Bonenburc, [qui ambo sunt] victi, et comes Albertus captus est et duc[tus est in] Zwirin ad avunculum suum regem c. 368. Dacie. [Deinde] in secundo anno^{e)} fames magna invaluit in omni[bus] c. 369. regionibus], quam sequebatur pestilencia magna. Item [Engilbertus episcopus]^{d)} Colonia percussus est in fide bona a com[ite Fri]derico de Alzena^{e)}, consanguineo suo, et^{c)} qui comederat eodem die cum eo. Ideo fug[at]us est], et omnia castra^{f)} eius frangebantur^{g)}. Eodem [anno] curia proclamata fuit in Nurenberc, [ibi duxit] rex Heinricus, filius Friderici cesaris, fil[iam] ducis] Lupoldi de Austria in uxorem. Eiusdem [ducis] filius duxit etiam filiam langravii Hermanni [de Thu]ringia. Tunc H[einricus]^{g)} rex sedit pro tribun[ali de oc]cissione episcopi^{h)} Coloniensis, tunc dissensio facta [est pro quadam] sententia, pro quo multi se exhibuerunt in duello, ex quo omnis populus irruitⁱ⁾, [stre]pitum faciens^{g)}, et ecurrit de palla[cio, et in] uno gradu 96^{k)} viri sunt oppressi, in[ter quos] erant 23^{l)} milites, et multi ex [quassa]cione tali in hospiciis moriebantur, c. 370. [et multi] infirmari ceperunt, qui postmodum obie[runt]^{m)}. Deinde rex Dacie solutus est ex cap[tivitate], et tres filii sui comitiⁿ⁾ H[einricus] de Zwir[in^{s)} in ob]sides sunt locati^{o)}.

Hic desinit A, pagina nondum finita, in qua alio atramento post suppleta sunt haec: 'Item Heinricus, filius Friderici, patri successit. Eo tempore tante pluvie — — volantes vise sunt et multi homines in tempestate perierunt'. Ex Jacobi Aurea Leg. c. 181, p. 843. 844. — B pergit: 'Tunc beatus Dominicus iniciator — — inimicis ecclesie in nomine domini nostri Ihesu Christi. Amen'. Ex Chr. Min. Rec. I, paucis omissis].

a) 'dux' ins. del. A. b) 'r. Dacie' B. c) deest B. d) 'Tunc episcopus Colon. Engilbertus' B. e) 'Ysinberc' B ex Chr. Min. f) 'erastra' A. g) 'r. H.' B. h) 'Engilberti' add. B. i) 'irruens str. fecit' B. k) '56' Chr. Sax. l) 'XXIII' B. m) B add.: 'Tandem captus est Fridericus comes et in ultionem fusi sanguinis in Colonia per iudicalem sententiam crurifragio misere interiit': Ex Chr. Min. p. 197. n) 'comite' A. B. o) 'obligati' B.

1) Interpretis additamentum. 2) 'greve' Chr. Sax. 3) 'braken' Chr. Sax., noster certe legit 'branten'. 4) 'dingde do weder des riges boden' Chr. Sax. 5) i. e. Lauenburg. 6) 'weder den hertogen Otten van Luneborch'. Chr. Sax. 7) Hic noster a codice 10 recedit, et magis, cum 11. 12. convenit. 8) Sic codex 10.